



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 5. Sit ne simonia pecuniam promittere ad consecutionem
Beneficii, quando non est intentio standi promissis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

sed pro mutuo nil potest supra sortem exigi, ergo nec pro obligatione.

28. Verum enim verò, etsi gratis demus adversariis, obligationem mutuandi ratione sui esse pretio aestimabilem: adhuc non inferitur, posse aliquid supra exigi pro obligatione non repetendi mutuum. Et ratio est, quia quotiescumque ex parte mutuantis, & mutuatarii onera sunt paria, iniustitia manifesta intervenit, si aliquid supra sortem exigatur; sed ita res se habet in presenti: ergo. Minorem probo: quia fors responderet sorti, & obligatio obligationi: obligatio enim mutuantis compensatur per obligationem mutuatarii reddendi sortem, etiam si casu, & naturaliter perierit, ita ut omni eventu non mutuantis, sed ipsi mutuatario pereat, ergo cum utriusque onera sint paria, nequit absque iniustitia aliquid supra sortem exigi.

29. Ad fundamentum præcipuum, cui contraria sententia innititur, respondet Molina tom. 2. tract. 2. disp. 3. § 8 n. 11. aperte falsum esse: quia mutuare ad annum non est inducere super se obligationem aliquam, sed solum ex sua liberalitate concedere beneficium mutui in totum id tempus: sicut qui donat, traditque rem donatam, nullam inducit super se obligationem in futurum, esto, traditione ejus rei a se abdicet potestatem eam deinceps utendi, aut fruendi: ergo qui mutuum dat ad annum, nullam in se inducit obligationem, sed solum exergit liberalitatem concessione beneficii mutui in totum id tempus: esto inde sequitur toto eo tempore, neque uti posse re, quam mutuo concedit, neque posse illam repetere. Hinc autem obligationi intrinsece inhærenti mutuo ad certum tempus, nil superaddit altera in pactum deducta non repetendi intra talem terminum: ergo sicut prima non sufficit inducere aliquid supra sortem; ita nec secunda, ac proinde sicut illa sufficiens compensatur obligatione reddendi mutuum, sic & ista: alias sequeretur omnia incommoda, quæ ex usura sequi, docent communiter Doctores, & Scriptura, Concilia, & Pontifices damnant.

30. Propter hæc sententiam Ledesmae, & aliorum, quos num. 11. citavi, gravi censura incurrunt Doctores. P. Molina ubi supra num. 10. inquit esse, non solum novam, & inauditam, sed etiam periculosam satis, & quam aperit usurus. Et infra: Est igitur ejusmodi opinio periculosa valde in fide, ne quid amplius dicatur. P. Amicus in *Curso Theologico*. Similiter, inquit, esse sententiam novam, periculosam, & expostam palliari usuris. Sic tom. 5. disp. 6. sect. 8 n. 131. & Palaeus tom. 7. tract. 32. p. 8. ad 5. dicit, esse sententiam valde periculosam in fide. Cujus ratione tradit Cardin. de Lugo tom. 2. de iust. disp. 25. sect. n. 17. Nam si, seculis damno emergente, & lucro cessante, opinio Ledesmae vera esset. Reduceretur uno verbo tota controversia de usuris ad questionem de nomine inutilem omnino ad forum conscientie, & nullus contractus esset usurarius re ipsa, sed solum propter ignorantiam contrahentium, qui nesciunt distinguere titulum lucri. Quapropter sententiam, quam prius tenebat Diana 1. p. tract. 8. resol. 48. jure retractavit p. 8. tract. 7. resol. 63. & p. 11. tract. 1. resol. 25. ubique libellum Philippi de la Cruz, ubi continebatur, à supremo Tribunali sanctæ Inquisitionis Hispaniæ prohibitum refert. Quod observat etiam Amadeus in *de Usuris*, prop. 3. in edit. Mitric. anno 1664 fol. 227. Et novissime Summus Pontifex Alexander VII. die 18. Martii, anno 1666. hanc propositionem: licitum est mutuantis aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non recipiendam sortem usque ad certum tem-

pus: damnavit, & prohibuit, ut scandalum, immum. Quam nulli in posterum docere, defendere, aut edere, nisi ad eam impugnandam, licet hoc enim prohibuit sub pena excommunicationis in facto incurrendæ, Summo Pontifici referre.

QVÆSTIO VII

Sitne simonia, pecuniam promittere ad consecutionem beneficii, quando non est intentio standi promissu?

1. **C**ertissimum est, grave peccatum esse mentis, & inductionis, vel cooperationis ad peccatum simoniæ collatoris beneficii. Dilectas vero solum est, an aliunde extraxit, tum fecit promissio ista simonica sit, & potius contra simoniacos inducat. Affirmant Navarrus, & alii citandi. Pro negativa plures militent, pro qua mihi probabilior, stare decrevi. Eam tenet Eminentissimus Cajetanus tom. 2. opus. tract. 9. quest. 12. ubi loquitur: Utrum emens, & adquirens Episcopatum, intendendo solvere promissam pecuniam, sit simoniacus? Respondet: In definitione simoniæ dicitur quod est studiosa voluntas emendi, ac vendendi, &c. Ubi igitur deest omnino emendi voluntas, in emptio secundum veritatem non est, sed emptio tantummodo simulatio, &c. ubi autem negotio, nec venditio est secundum veritatem, sed secundum apparentiam, ibi nec simonia sed secundum veritatem est, sed secundum apparentiam tantum. Cajetanum sequitur M. Soto lib. 4. iustitiae, quest. 8. art. 1. §. Dilectum hinc autem ubi hanc questionem proponit: Dubium hinc dissimulandum confurgit, utrum sicuti contra simoniam mentalis sine reali ita vice versa contra realis possit absque mentali? Est, v. g. deceptio quæpiam, acque impostor, qui pretium Episcopo pro cerdotio pollicetur, acque instrumentum continet absque ulla tamen impendi intentione. Apud tunc ex una parte simoniam oritur, quandoque de hoc innotuisset Ecclesiæ, penam sibi iuris adgeret, spoliareturque Sacerdotio. Ex altera vero nullum detur simonia, utpote cum externa operatio et intentione sit pensanda, à qua speciem sortitur. Dilectum ergo (attendit) re vera, non esse simoniam, nisi in foro conscientie præbenda donatam teneat relinquare, ut Cajetanus ait quest. 10. 1. quest. 12.

2. Cum citatis sentit M. Petrus de Ledesma Sum. tract. 12. de Simonia, concl. 46. §. Para dilectum sol. mihi 717. ubi sic: Si uno exteriormente contracta con el Obispo de comprar un Beneficio, interiormente no tiene animo de comprarle, et dicitur que no es simonia, y el candidato, y se comunica en la simonia del que vende el Beneficio. Pero en realidad de verdad no es simonia, porque no es compra, ni voluntad de comprar, sino voluntad fingida. Dicitur simonia fingida se ha de pagar que non tiene fuerça ninguna para obligar a la dicitur, ni en realidad de verdad es a sujeta a la pena de la simonia.

3. Hanc opinionem probabilem putat M. L. doctus Lopez tom. 1. iustitiae, cap. 305. §. Igitur pro decisione, & cap. 307. fol. 970. col. 1. quia contra-

rium dicit esse vero similis. Et expressè defendit M. Arauxo in *Decis. Moral. p. 2. disp. 14. dub. 1. n. 6.* *Simonia, inquit, si cetera deficient conditiones ad humanum contractum requisitæ, ergo deficit vera ratio simoniae. *Et infra: *Dixi vitium simulatæ simoniae, quia huiusmodi fictio aliis malitiis est affecta, qui enim si cetero beneficio spirituali promittit alteri pretium, ad ejus mentalem simoniam operatur, ac proinde occasionaliter est via simoniae alterius, incurritque peccatum scandali, quod in ejusmodi occasione ruit, exhibitio pretio, consistit, teste D. Thoma *quæst. 43. artic. 1. & 3.* & peccat peccato perniciosi mendacii, ratione cuius se ipsum infamat, mentiendo, se esse simoniacum.*

4. Eandem opinionem defendit Villalobos in *Sum. tom. 2. tract. 37. diff. 1. n. 14.* dicens: *El que promete a otro precio por el Beneficio, no con animo de pagarlo, sino solo con animo de engannarle, no es simoniac, &c. La razon es, porque este no tiene voluntad de comprar, sino de engannar al otro, mintiendo: aunque peca, porque induce al otro a simonia, y haze obra, que exteriormente es simonia: de lo qual se sigue, que puede retener el Beneficio, como dizen Cuyetano, Soto, y Lessio.*

5. Idem sentit Petrus de Navarra *de Restit. lib. 2. cap. 2. nu. 41. diff. 12. ibi.* *Et quidem dupliciter potest contingere conventionalis simonia. Primum, si ne voluntate interiori emendi, sed tantum pacto exteriori adjecto. Secundò, ita ut voluntate emendi exterior conventio infirmetur. Circa primum sunt nonnulli, qui non censent, eam esse simoniam, ac proinde, secundum istos, nulla erit restituendi obligatio. Ratio est, quia simonia est studiosa voluntas, &c. Ubi igitur voluntas non est, verè simonia esse non potest, sed apparens, & diminuta, sicut homo pictus. Ita sentit Cajetanus in *tractat. de Simonia, quæst. 2. tom. 2. opus.* Et sequitur Sotus articulo illo primo. Bene tamen sententur hi Doctores, peccare mortaliter multiplici nomine. Primum, quia participat peccato simoniae mentalis alterius, scilicet vendentis, ad quod dat operam efficaciter. Secundò, quia scandalizat malo exemplo proximum. Tertiò, quia mentitur, & se infamat, quod idem Cajetanus mortale peccatum esse censet. Verum tamen Navarrus contra existimat, esse peccatum veræ simoniae, & obligare ad restitutionem adquirentium, si ad traditionem ventum sit. Verum ego sententia Cajetani magis acquiesco. *Hæc Petrus de Navarra.

6. Quibus adde Bernardum Stubrokium Theologum Vienneensem in *notis contra Wendrochium in not. 3. ad Epist. 12. fol. mibi 191.* ubi sic: Accusas denique simoniae illum, qui pecuniam promittit sine intentione solvendi, sed multi dicunt, non esse simoniam, te, haud dubiè, longè doctiores, ut Cajetanus, Sotus, Toletus, Petrus de Navarra, Suarez. Nempè ille, qui fingit, non habet voluntatem emendi: igitur nec simoniam mentalem, ut vocant, sola mente conceptam committit: igitur nec eam, quam dicunt conventionalem, seu pacto firmatam, quæ mentalem supponit. Quod dicitis corrumper judicem per promissum falsum, itemque illum, à quo, qui fide promittit, accepit deinde Sacerdotium: utrumque verum est, sed non est simonia, quia non obtinetur beneficium per pecuniam, sed per promissum falsum, &c. Non tamen negabit quisquam, quin ille, qui fide promittit, graviter delinquat, & mendacium sacrilegum cum maxima irreverentia committat. *Sic Theologus Vienneensis.

7. Denique Machado *tom. 1. lib. 3. p. 3. tract. 3. docum. Pars II.*

5. num. 2. huic opinioni, ut communiiori inter Theologos, cum aliis, quos refert, assentitur, dicens: *Dandolos Doctores, si la promesa de dar cosa temporal por la espiritual, ó al contrario, sin voluntad de cumplirla promesa, pueda constituir verdadera simonia, &c. Navarro siente, que si: pero la mas comun, y recibida opinion es, que en tal caso no se comete simonia convencional. Bien es, que como dize Palao, este tal peccata en esto, pero no incurrira en el fuero interior en las penas dispuestas en derecho contra ella, porque no es verdadero simoniac, por defecto de la intencion. *Sic ille, dicens in margine. ita tenent *Suarez, Aragon, Lessio, Valentia, & alii communiter, quos refert, & sequitur Palao *tom. 3. tract. 17. disp. 3. par. 6. nu. n. 2.* *Unde colliges, immeritò Cajetanum à Catharino reprehensum, quod hanc opinionem docuerit.

8. Hanc communem sententiam amplexatus est P. Escobar (à quodam Neotherico idè fugillatus) in *Theologia Moral. tract. 6. exam. 2. cap. 1. n. 14.* dicens, *Simonia ficta committitur, dum quis exterius rem spiritualem pro temporali promittit: vel rem temporalem pro spirituali, absque animo tradendi, & se obligandi ad rem ipsam tradendam, & hæc non est verè simonia, sicut fictum aurum non est aurum. *Hæc Escobar, & plures, quos citatos sequitur Palao *tom. 3. tract. de Simonia, disp. 3. p. 6. num. 2.* *Communior inquit, sententia est, & mihi probanda, non committi simoniam conventionalem in hoc casu. Ita tenent Cajetanus, Sotus, Toletus, Petrus de Navarra, Lessius, Suarez, Aragon, Manuel Rodriguez, & Valentia. Ratio est, quia carens animo donandi spirituale pro temporali, caret etiam animo emendi, vel vendendi: emptio enim, & venditio est datio, & commutatio unius pro alio. *Quod punct. 4. nu. 5. aliter explicuerat, dicens: Ad contractum emptionis, & venditionis necessariò requiri, dationem pecuniæ procedere ex voluntate commensurandi illam cum re spirituali, ac illam tantum æstimandi: seclusa autem hac voluntate, etiam si detur temporale cum obligatione donandi spirituale, vel e contra, nullam esse propriè simoniam ex natura rei. Addit verò, & bene, jure Ecclesiastico quamlibet donationem cum pacto simoniam constituere: tamen si, ut explicat *suprà punct. 6. ex parte fidei promittentis vera simonia non sit, sed tantum peccatum inductionis ad simoniam saltem mentalem, & opus externum promissionis simoniacæ. Propter quod, inquit, ut bene advertunt omnes supradicti Doctores, penas à jure inflictas simoniacis, non incurrunt.**

S. III.

Quid si promissioni non animus, sed executio deficiat?

9. **A**ddo, promittentem ex animo, licet simoniam veram committat, si tamen postea promissis non steterit, non incurrere penas contra simoniacos. Vide Garciam de Beneficiis *tom. 2. p. 3. cap. 16. nu. 19.* ubi pro hac opinione refert 28. Doctores, inter quos sunt Navarrus, Covarruv. Joanne Gutierrez, M. Barr. Fumius in *Armilla verb. Simonia, nu. 4.* M. Viguierius *cap. 5. §. 9.* Summa Corona Causellorum 3. *p. tract. de simonia, nu. 9. & 35.* M. Ludovicus Lopez dicens a quorem, & probabilior *tom. 1. instruat. cap. 305. & 307.* & est communis in Schola D. Thomæ, ut

Y y 2

testa-

restitatur M. Petrus de Ledesma in *Sum. 2. p. tract. 12. ad finem*, ubi illam efficaciatione probat. Sic enim scribit: "La dificultad es en caso, que uno entregó la cosa espiritual, pero no se enregó el precio, si en tal caso se incurren las penas puestas contra el simoníaco, y si las incurren los simoníacos, y mediadores? La razón de dudar es, por que las penas se incurren por la perfecta simonia, y vendición; por que en entregando se la cosa es perfecta la venta. Luego incurrense las penas, que están puestas en derecho contra los simoníacos. Por la razón dicha algunos Doctores enseñan, que se incurren. Esto tiene Cayetano, y Soto. A esta dificultad se responde, ser muy probable, que no se incurren, si no es después de entregada la cosa espiritual, juntamente con el precio. Esto enseñan Navarro, y alega otros Doctores, y esto tiene Casiodoro, y Orellana, y comunmente los discipulos del Angelico Doctor Santo Thomas. Pruebase del estilo de la Curia Romana, que no tiene por simoníaco, sino es que entregue la cosa espiritual, y el precio, y este estilo tiene fuerza de ley. Sicille.

10. Cui consonat M. Arauxo in *Decis. p. 2. disp. 14. art. 6. n. 19. ibi*: "Quando simonia non fuit utrinque consummata, quia scilicet, emens dedit pretium, sed nondum accepit beneficium, tunc pretium restituendum est ementi, quia stando in jure naturæ pretium est restituendum illi, à quò fuit iniquè acceptum, & alias Ecclesia, aut jus positivum non punit huiusmodi simonia incompletam. Sicille, qui paulò *suprà* n. 10. hanc sententiam ex professo probat, referens pro illa Navarrum, Malderum, Lessium, Suarez, & alios loquentes de simonia conventionali, & sequuntur plures apud Dianam p. 10. *tract. 16. resol. 15. & p. 11. tract. 6. resol. 30.*

11. Sed quid, si post obtentum beneficium, solvas Episcopo pecuniam, non quidem à te promissam, sed ab amico, propter beneficium tibi conferendum? Respondet Navarrus *lib. 5. consil. 10. de simonia*. "Te non peccare, & per consequens nulla contra simoniacos lata pœnam incurrere, si non contentias in factum alterius, ratum habendo contractum, sed solum ex amicitia solvas id, quod ipse amore tui dedit, vel promissit. Sicille. Cui ego assentior, nec existimo, esse contra D. Thomam 2.2. q. 100. *art. 6.* Quia licet dixerit, in prædicto casu, non esse obligationem resignandi beneficium simoniacè collatum, nisi forte postmodum pacto consenserit, solvendo, quod fuit promissum. Ceterum hoc intelligendum est, si solveret, ut debitum ratione contractus ab amico initi: secus si ad contractum non attendens, vellet ex gratitudine aliquid conferre, quo sensu Navarrus *ubi supra* loquutus est.

12. An verò restituendum sit pretium simoniacè acceptum in ordine, Beneficio, aut ingressu Religionis? Conveniunt Doctores, contra Vgolinum *tabul. 4. cap. 2. §. 1. n. 1.* in simonia in Beneficio, ante iudicis sententiam restitui debere: quia in hoc casu, ipso jure, datæ inhabilitas ad acquirendum illius dominium. Secus in simonia in ordine, vel ingressu Religionis. Est tamen difficultas, cuinam restituendum, illine, qui simoniacè dedit, an pauperibus? His debere restitui, tradit D. Thomas in 4. *disp. 15. quæst. 2. art. 4. ad 2. quæst.* ubi ait: "In simonia adquisitum non potest iuste retineri, sed debet in eleemosynas erogari. Et iterum 2.2. *quæst. 32. art. 5. ad 2.* De eo, inquit, quod est per simoniam acquisitum, potest fieri eleemosyna, quia non est debitum ei, qui dedit, sed meretur illud admittere. Sic D. Thomas, quem ex discipulis sequuntur D. Antoninus *par. 2. tit. 1. cap. 5. §. 7.* M. Ta-

biena verb. *Simonia quæst. 76. & 77. Casenatus in Restitut. cap. 4. & alii.*

13. Nihilominus contrariam sententiam tenet M. Sotus *lib. 9. de iust. quæst. 8. art. 1. §. 5. De simonia*, ubi ait: "Si simonia executioni mandata sit, scilicet, solutio tam pretii, quam præbende facta, tunc obligatio. Omnes enim in hoc consentire videntur, quod pretii sit faciendi vel Ecclesie, in qua simonia contracta est, vel pauperibus, &c. Attamen si res peramiciat, distinguendum est. Etenim post condemnationem, extra controversiam, faciendam esse constat restitutionem Ecclesie, vel pauperibus, ut quemadmodum Papa iussit. Quoniam & qui delinquit crimen mulctatur ere, quod dedit, & qui recipit dominium non acquirit. Verumtamen dum crimen non est delatum, sed in foro conscientie latet, potest dare aliud mihi non possum, quam quod restitui pretii faciendi sit ei, qui dedit. Et infra ad *sententiam* Dixerim, ait: "Mihi nullatenus sit probabile, quod Ecclesiam condemnare quemquam ad pecuniam, aut condemnationem de crimine: & id eo neque illi, qui pretium dedit, privare suo jure potuit, quoniam ejus lateret crimen. Sic M. Sotus, cujus sententiam amplectuntur etiam M. Bannez 2.2. *q. 12. art. 7. ibi* & M. Bart. de Medina in *Sum. lib. 1. cap. 14. §. 12.* Quæ sequitur M. Arauxo, cujus verba habes *suprà* n. 10. hac tenenda est, quia, jure positivo, recipiens pretium pro beneficio, non acquirit illius dominium, ergo qui pretium confert, dominium non transmittit inde ante sententiam iudicis declaratoriam criminis non transfertur in pauperes, ergo verè manet in primo domino: ergo ex iustitia, sicut res aliena debet restitui illi restitui. Hoc fundamentum probabiliter reddit hanc sententiam, Cui facit Navarrus in *lib. 5. cap. 17.* cujus verba dedi *tract. de iust. q. 3. m. 7.*

14. Unum hic advertere non omitam, non auditendum esse Joannem Pontium dum, in *lib. 1. Theologico, disp. 56 quæst. 2. conclusio 10. n. 17.* aliter habentem iustitiosum in beneficio, postea daturus intendenti tale jus, ut deficiat, & hoc medio operari expensas, quas faceret, se defendendo: verba sequuntur. "Difficultas est, an qui habet jus in beneficio, sed iustitiosum, possit recipere ab alio præcedenti jus in eodem beneficio, vel dare aliquid, ut renuncietur illi. Sententia communis videtur, quod non possit fieri absque simonia. Sed salvo meliori iudicio, aestimarem, non esse simoniam, si daretur aliquid pro beneficio, quod dans putaret, esse suum, sed vitaret expensas, quas deberet facere, ut defenderet jus suum: Nam procurare per decem nummos, si quis exponeretur periculo perdendi centum nummos, quos in lite debet expendere, nil proficere debet malitiæ, neque enim quod dat, est spirituale, quæ etiam illud pro quo dat, dare quidem aliquid alteri renuncietur juri positive, videtur esse simoniam, quia jus illud est spirituale; dare vero quid, ut non moveat litem ad persequendum suum, & consequenter ad renuntiandum juri favoregative, hoc est non persequendo ipsum, non apparet simoniacum, quia illa negatio prosecutionis juri non est spiritualis. Idem dicendum, si recipere ab alio tero aliquid, ut ipsemet non proficiatur juri suo. Sic ille.

15. Qui his adhuc non contentus, subnectit: "Id quid? an idem dicendum de eo, qui habens possessionem beneficii, vellet illud relinquere alteri præcedenti ob aliquid pretium ab illo acceptum? Reluctio hujus casus videtur difficilis, quia hic datur

possessionem beneficii, videtur dare rem spirituales pro illo pretio. Respondet tamen, mihi videri, quod possit hoc facere absque simonia, quia cum non sit certum, quod beneficium sit suum, sed propter probabilitatem, quam habet, quod sit suum, vellet in litigando expensas facere; nullo modo apparet simonia, ut vitet illas expensas, aliquid recipere, quia neque quod accipit, est spirituale, neque illud, pro quo accipit, hoc est expensæ, quas faceret in litigio. Itaque, si qui dat, non emit jus alterius, neque possessionem, sed solum det alteri ratione expensarum, quas faceret, ut probaret, jus alterius non esse bonum, non apparet ulla simonia ex parte ipsius. Similiter si recipiens, neque dat jus suum, neque possessionem positivè, sed negat vè tantum promittendo, ut alter accipiat illam, sed solum recipiat aliquid, nefaciatur expensas, defendendo possessionem suam, non committit ullam simoniam. Hactenus Pontius. Quæ si probabilia, non parum ad praxim deservirent. Sed revera, videtur hic contractus simoniam palliare, cum jus litigiosum, mediante pecunia certum fiat, & tam per illam, quam per contractum ex iustitia obligantem, via patet ad beneficium, quod omnes Theologi, ut simoniam reprobant, cum D. Thomas 2. 2. quæst. 100. artic. 2. ad 5. ubi sic scribit: *Antequam alicui adquiratur jus in præbenda per electionem, vel provisionem, seu collationem, simonia cum esset adversantium obstacula pecunia redimere. Sic enim per pecuniam pararet sibi viam ad rem spirituales obtinendam. Sed postquam jus alicui adquisitum est, licet per pecuniam injusta impedimenta removere. * Sic D. Thomas, & omnes; ergo iusta impedimenta ex dubio jure pullulantia per pecuniam removeri non possunt, esset enim *adversantium obstacula pecunia redimere.*

DISPUTATIO QUINTA.

De Ieiunio.

QVÆSTIO I.

An qui labore, si ve ex bono, si ve malo sine suscepto, ut ad aliquem occidendum, vel insequendam concubinam, defatigatur, excusetur à præcepto jejunii?

S. I.

Communis Doctorum sententia explicatur, & defenditur.

Dupliciter hoc evenire potest, vel prævidendo defatigationem, ex labore suscipiendo, fore impossibilem cum jejuniis, vel absque ulla prævisione. Si secundò: omnes fatentur, nullum intervenire peccatum contra præceptum jejunii, quia, semel posita causa, defatigatus verè est

impotens moraliter jejunare, & in eius appositione, cum non prævidetur periculum non jejunandi, nullum contra præceptum jejunii peccatum committitur, sed tantummodo contra alia Decalogi præcepta, nimirum contra quintum, vel sextum, juxta intentionem operantis. Hæc conclusio est communis, pro qua unum pro omnibus dabo Magistrum Petrum de Ledesina in Summ. p. 2. tract. 27. cap. 2. ibi: *Digo lo primero, que es cosa cierta, y averiguada, que si no se avierte, que se pone impedimento para el cumplimiento del precepto del ayuno, ò no se debió advertir, (nimirum, quia nulla dubitandi ratio occurrat) que no se pecca mortalmente, quando se pone el tal impedimento. El exemplo es: Si uno por su recreacion se puso à jugar à la pelota, y no advirtió, ni pudo advertir, que avia de quebrantar el precepto del ayuno, ni sentirse fatigado, ni cansado, desuerte, que no pudiese ayunar. Las razones, porque en tal caso el que quebranta el precepto no fue voluntario en si, ni en su causa, como es cosa notoria. * Sic ille, & omnes.

2. Si verò primo modo res eveniat, nimirum prævidendo laborem suscipiendum fore incompatibilem cum jejuniis: dubium duplex examinandum occurrit. Primum. An posita defatigatione moraliter incompatibili cum jejuniis, teneatur adhuc sic defatigatus jejunare? an potius à præcepto adimplendo maneat excusatus? Secundum: an in causa pecaverit assumendo laborem illum cum prævisione eventus? Primam dubitationem proponit Fillucius tom. 2. tract. 27. p. 2. cap. 7. num. 123. ad utramque autem respondet, his verbis. *An qui malo sine laboraret, ut ad aliquem occidendum, vel ad insequendam amicum, vel quid simile, teneretur ad jejunium? Respondeo talem peccaturum ex malo fine, at secuta defatigatione, excusatur à jejuniis: nisi fieret in fraudem jejunii, secundum aliquos; sed melius alii culpam quidem esse in apponenda causa fractionis jejunii, at ea posita excusari à jejuniis. * Hæc ille, in quibus aperte admittit, dari peccatum contra præceptum jejunii, quando in eius fraudem, aut ex prævisione eventus labor assumitur, quod fatetur consistere in apponenda tali causa, negat vero, ea posita, etiam si in fraudem, esse postea obligationem, jejunandi. Cuius sententia verissima est & evidenti ratione probatur; tum quia impotens moraliter jejunare, non tenetur præcepto: tum quia, posita causa impediens, seu moraliter impossibile reddens jejunium, ipsa jejunii ommissio conjungi potest cum vero dolore, & contritione, & cum amore Dei super omnia. Quis enim dubitare potest, eum, qui malitiosè impedimentum apposuit jejuniis, (quod auferre modo non potest, quia ad præteritum non datur potentia,) posse nunc verè dolere de peccato in causa commisso, & simul proponere ex amore Dei super omnia in posterum non peccare, & peccatum commissum confiteri, licet simul habeat intentionem eo die non jejunandi, eo quod rectè novit, sic defatigatum ad jejunium non teneri?

3. Ideò hæc sententia communis est inter Doctores, ut videre est apud Dianam p. 10. tract. 14. resolut. 11. §. Quare malè, & apud Leandrum in 5. præcepta Ecclesiæ, tract. 5. disputat. 8. quæst. 157. & 158. & illam cum Magistro Paludano defendit Sylvester verb. Ieiunium 24. dicens: *Et addit Petrus de Palude, quod si peregrinatio (nimirum impossibilis cum jejuniis) non est necessaria, peccat illam aggreddiens indiscretè, id est, eo tempore, quo jejunandum est; ea tamen aggreddi licet impossibile jejuni.